

Propositiones, quas circa efficaciam gratiæ Patres Societatis Jesu Catholicæ, hoc est, secundum Catholicam fidem, certas consent. i.



- 1.^a Preter auxilium sufficiens datur auxilium gratiæ efficaciæ.
2. Gratia efficax includit sufficientem, et aliquid superaddit, per quod tanquam peculiare Dei donum a gratia sufficienti distinguitur.
3. Gratia efficax non consistit in aliquo dono creationis, nec in sola lege, aut doctrina, vel extrinseca suasionem, sed in dono aliquo interno supernaturali Spiritus Sancti, in cordibus nostris immisso.
4. Gratia efficax est speciale Dei donum, quod Deus pro suo diuino benedictio distribuit, quibus vult; cur autem his det, et non illis, ad eius inscrutabilia iudicia pertinet.
5. Per hoc auxilium efficax, non solum prestat Deus, ut agere possimus, sed etiam facit, ut faciamus, mouet, preparat, et conuertit nostras voluntates, nosque ex nolentibus volentes facit.
6. Vim, et virtutem, quam in actu primo auxilium efficax habet ad hæc omnia prestanda, accipit a solo Deo, et nullo modo a libero arbitrio.
7. Efficax auxilium, quo Deus hæc omnia prestat, non destruit arbitrii libertatem, vel eius usum impedit, sed potius eam perficit, nec solum cum libertate a coactione, sed cum libertate a necessitate optime consistet.
8. Gratia efficax certo, et infallibiliter habet effectum, propter quem datur, non tamen sine libera cooperatione voluntatis humanæ.
9. Considerata natura, et entitate, quam in actu primo auxilium efficax accipit a Deo, prescindendo a consensu arbitrii, semper est tale, ut nihil impediatur, quum cum illa simul stet refutatur ab arbitrio, et cum actuali dissensu, et resistentia voluntatis coniungi.
10. Ad donum perseuerantiæ, preter habituales gratiam, requiritur

auxilium efficax.

11.

Præter auxilium gratiæ præuenientis requiritur supernaturalis concursus Dei cooperantis, seu adiuvantis, quo cum libero arbitrio, ut causa tamen præcipua, liberam eius determinationem, et consensum physice, et immediate efficiat.

12.

Auxilium, vel prævia motio efficax Dei, nullomodo datur, nec dari potest ad actus malos, etiam pro materiali.